

se exinaniverat, ad sui ipsius resurrectionem efficaciter operando iocurrerit, sed quod hæc virtus ac potentia divinæ quidem natura erat propria, realiter autem communicata humanitati assumptæ; quæ etsi quoad carnem, non tamen quoad animam ab actione ista debet excludi.

59. De qua virtute Christus ipse differit: Destruite, inquit, templum hoc (Corpus nimirum suum) & ego triduo illud reedificabo. Item: Ego potestatem habeo ponendi animam & resumendi eam.

Ioh. 2, 19.
& cap. 10,
18.

60. Communi totius Trinitatis virtute excitatus dicitur Christus: Quia secundum illud Augustini Opera Trinitatis ad extra sunt communia.

61. Quo respiciens scriptura Christum à Patre & per gloriam Patris excitatum esse asserit. Rom. 6, 4. Eph. 1, 20.

62. Constat inde, modum resurrectionis huius non fuisse servilem ac naturalem: sed miraculosum & gloriosum: siquidem nihil servile, nihil abjectum aut humile de operibus divinæ Majestatis proprijs, vel cogitare fas est,

63. Ex resurrectione ista novis qualitatibus, usque à *ἀνεμοσύνη* & ἀφ' *ἀερόσυνη* & id genus alijs, quæ corporum clarificatorum sunt propriae, dotatum fuisse corpus Christi vel illud Apostolicum. Phil. 3. 21. testatur, quod corpora nostra in resurrectione (servatis tamen graduum differentijs)